

honesto negotiationis, officii, agriculturæ, rei pecuniaræ questu suam pecuniam exercere, & frugiferam reddere. Si vero sterilis in scriinio jaceat, familie sustentandæ non sufficit, & cito deficit. Alii vero sunt qui & pecunia, & fardis carant, sed ingenio, industria, & arte præstant, quorum alii ad culturam agrorum, alii ad rem possoriam, alii ad officia, alii ad mercatorem exercendam apti sunt. Divites prioris ordinis adveniunt istos pecunia, in societatem tradita, qua emere prata, pecora, officiorum materiam, merces possunt: & iucrum dividitur pro rata parte. In quarto tandem ordine eos collocare possumus qui & pecunias, & fundos habent ex utraque parte; sed mutua communicatione egent: quia hi carent rebus quibus abundant alii, & e contrario. Illi communicationem alant emptioibus, venditionibus, permutationibus, commodatis, censibus, locationibus &c.

III. En quot viae plane, quot modi obvi, quibus fovere societatem, exercere commercia, rem tum domesticam, tum publicam promovere, ordine divinae providentiæ servato, homines possunt. In tanta mutua communicationis amplitudine caritatis, & iustitiæ iura illata custodiri, summus universæ familie Rector præcipit. Plura speciatim servanda in communicatione mutationis præscribit. In hac restituendam sortem iubet. Verum, si ad pauperum redactus debitor fuerit, vetat *Exod. xxii.* ne eum uregas quasi exactor. Si pignus acceperis, quod utitur ille ad vite sustentationem, illud ante folis occatum reddendum imperat. Meditanda sunt quæ de remissione debitorum habentur *Levit. cap. lviii.* Venditionis, emptiois, venditiois possessionum redemptionis, & remissionis erundum, item agriculturæ regulæ plures traduntur *Levit. xxv.* Frequentius in Scriptura sancta inculcatur, alius exagitur, & suadet, ut officia mutationis sint gratuita, ut pauperes libenter, ut istorum debita remittantur. Istorum possessionulas captare, patrimonia exhaurire, u-

nico verbo, istorum gravamina severius, & frequentissime vetat, atque detestatur.

IV. Paucis ordinem adumbravi quo promovetur humanam commercium debeat. Si que Deus isthuc pertinentia præcepit, exacte ista testæ custodiantur, felices divites, fortunati pauperes, læti operarii, mercatores, artifices, agricolæ, pastores, & cunctique ordinis homines, tranquille societatis, & mutui commercii sedere iuncti, vitam agent floridissimam. Verum quia immoderata rerum humanarum cupiditas hunc naturam, a Deo præstitutum ordinem pervertit & depravat, omnia avaritia, invidia, collisio, fraudibus, dolis, oppressionibus plena sunt. Et quoniam ad pristinum harmoniam, divinamque legem revocari homines nequeunt, novus, & profusus oppositus ordo invocatus est, & divina mandata ad hominum mores detorta sunt; ut sapius ex S. Augustino animadverti.

V. Opiniorum portenta, sane incredibilia, quæ non pauci ingeniosi Theologi commenti sunt, zelo vitando tanta usurarum crimina, quæ ulqueaque exarsunt, & a quibus vix avelli homines possunt, hæcenus descripsi fide summa. Opus haud est ut eadem in mentem revocem. Quid heinc? Abstinentium sane ab istorum librorum lectione, si usurarum pallia, involucria, atque anfractus declinare tibi cordi est. Probabilistam plures docent, in controversiis quæ iustitiam spectant, contemnendum Probabilissimum esse, & securior sententiam amplectendam. Ilorum ergo opiniunculis, & commentis, quæ in hoc potissimum de contractibus, de restitutione, de usura tractatu pro ingenio fabricantur, relicti, quæ probabiliora, quæ securiora sunt, amplectere. Noli humani ingenii ratiunculis fidere, sed divitiarum legem lenius meditare; illudque Tertullianum scitum tibi alta mente respiciam: *Quam sapiens argumentatrix sibi videtur ignorantia humana, præsertim cum aliquid eiusmodi de gaudiis, & fructibus huius sæculi metus amittit!* Lib. II. de spect. cap. II.

DISSERTATIO IV.

DE CAMBIIIS, CENSIBUS, LOCATIONE, CONDUCTIONE, LUDO, ET SPONSIONE, PROMISSIONE, ET DONATIONE, CÆTERISQUE CONTRACTIBUS.

PRÆLOQUIUM.



Controversias quas de contractibus, in hac dissertatione explicandis, solo calamo versant iuniores, paucis perstringam. Principia certa, quoad fieri poterit, & materiae conditio tert, constitutum. Duo præcipue sunt contractus, cambiorum nempe, & census, qui amplam disputandi materiam præbent. Cambia antiquis ignota. Unicum eorum vestigium deprehenditur in l. 56. ff. de *senatusconsulto Macedon.* ubi narratur, filiusfamilias ex mandato patris acceptam pecuniam ad patrem per litteras misisse, ut eam pecuniam in provincia foret. Cambium tamen latiore significacione usurpatum, quatenus videlicet permutationem unius mercis cum alia significatio, perverutum est; immo ante monetarum inventionem in hoc cambio sita negotiatio erat. Inventæ pecunia, novi exogitati contractus sunt, quorum duo maxime hodie obtinent, cambium, & census. Ambo hi contractus præ ceteris omnibus usuris palliandis acceptissimi sunt. Prima cambiorum quæ nunc celebratur, origo valde obscura. Iacobus Savary in suo de *perfecto negotiorum opere Lib. III. cap. 111.* cambiorum epocham figit in expulsiōne Iudaeorum e Gallia, qui, ut inde pecuniam secute in Longobardiam, quo concessere, traducerent, *littorarum cambialium* invento usi fuerent. Sed altius ars campiora sua repetit oria. Mea tamen non interest, nec instituto meo conducit, diligentius hanc inquirere originem. Illud potius inculcandum mihi est, artem istam fraudum, usurarum, & periculorum plenissimam esse. P. Thomas Mercatus O. P. pius, & doctus sane Theologus in *tract. de cambis* hispanice, & italice edito, advertit, tot insidias, rethas, luteas, verusulas, circumlocutiones, fraudes, anfractus, dolos, cavillationes, machinationesque subtilissimas artem hanc comitari, & obliquis, ut vix percipi, necdum peripicere explicari a Theologis possint. Solis campiosibus nota hæc omnia sunt, & familiaria: qui nos derident, veluti artem ignaros, dum istorum larvata senora patefacimus. Narrat præfatus P. Mercatus, Theologos communiter hæc artem sub initium quo exerceri publice cepit, improbatæ. Nec ignorantur, subdit, doctissimi viri, artem absolute spectatam pravam non esse; immo posse absque culpa exerceri. Verum, attenda hominum cupiditate, avaritia, & divitiarum illi avidissima, vix innocens esse solent cambienæ exercitium. Porro homines non modo quod sua natura pravum est, verum etiam id quod ad peccandum inducit, vitare debent. Lubet nonnulla Theologi istius verba transcribere. In prologo hæc scribit. „ Per „ tratur convenientemente questa materia de' cambj, bisognarà secondo il mio giudicio „ tanta chiarezza, e risoluzione in questo negotio, quanto ella è in se stessa oscura, e „ confusa: perchè sono tante le fottigliezze, i tiri ingegnosi di questi negotizanti, e le „ tele, e trame di essi sono ordinariamente tanto intricate, che maggior capacità bisogna „ per intenderle a chi non ne fa professione, che a chi ne fa per esercitarle. „ Deinde „ cap. 1. num. 9. hæc lubdit. Non dico già, che uno o due cambi non possano alcuna volta farli senza scrupolo di coscienza. Ma dico, che niuno fece giammai lungo tempo tale esercizio, che non commettesse, a dir così, due mila rubbamenti, ed usure, e non avesse almeno di ciò il nome, e la fama del popolo. ... E qui si deve avvertire, che le genti non solo non devono peccare, e trasgredire la legge, ma nè anco ponersi a manifestello pericolo di farlo: attechè solo per mettersi il nome in tal pericolo, fa peccato; sebbene poi per qualche evento non peccasse altrimenti. Onde per condannare uno stato, ed un modo di vivere, non solo s'ha da vedere, se di sua natura è lecito, o che non si possa fare senza peccato, come è il prestar a usura, che per se stesso è condannato; ma devosi anche insieme esami-

nate,

nare, se dà grande occasione di offendere Dio; e se quelli che ne fanno professione, come-
mentemente caggiono in peccati mortali; e se di questo no è pubblica voce e fama: tutte le quali
cose hanno luogo, e si verificano in questo particolare esercizio, perchè esserisce, e somministra
altrui occasioni molto cattive da far scervuar il collo all' uomo, che pur troppo da se stesso
serva altra occasione, dove si tratta d' interesse, cade, e va in precipizio. E questa voce co-
mune, che tutti i cambiatori sono usurari; è argomento assai chiaro, che così sia: perchè la
voce del popolo dicono esser voce divina Dico che questo traffico sia necessario per la Re-
pubblica. Non si nega, che veramente utile, e commodità grande apportino i cambiatori
Questa ragione, che l' arte sia necessaria, prova che devono i Principi permetterla, come in-
fatti la permettono. Ma non fa già loro esenti dalla colpa, nè dall' usura, se la commettono.
Dico ancora, che l' arte è quella che serve alla Repubblica, ma non già gl' inganni, e le
bugie, e i tanti rubbamenti, che con tal arte si accompagnano, anzi che queste cose son quel-
le che divorano e distruggono la Repubblica, e le sostanze de' cittadini. Haesenus P. Tho-
mas Mercatus, quem Probabiliorum catalogo accendere non erubescunt Probabilissimi
colores. Hæc pauca recensui, non ut artem ipsam improbem, quam iustus terminis circum-
scriptam, Pontifices Iummi, Pius IV. & S. Pius V. probarunt; sed ut admonerent, quan-
ta cautione, quantaque diligentia Dei ministri suos instruere peccantes debeant. Cen-
sum quoque difficultates non leves sunt. Graviores proponam, & pro modulo meo discen-
tiam. Ceteros contractus paucis expediam. Ad rem.

CAPUT I.

De cambio, eiusque divisione, &
conditionibus.

I. **U**amquam cambie absolute com-
prehendat permutationem cu-
iuscumque rei cumaliare, ma-
xime si spectetur idioma itali-
cum, vulgo cambiare: tamen
in præsens communiter cambium definitur
contractus commutationis pecuniarum pro pec-
uniis cum lucro camporis. Exercitatio cambio-
rum vocatur ars camporia. Contraheutes
vocantur campori, qui nempe alterius gratia
pecuniam cambit; & camparius ille qui pec-
tium cambium, & in cuius commodum fit.
Vi istius definitionis differt cambium, &
convenit cum aliis contractibus. Convenit vi
primæ particulæ commutationis, differt ratio-
ne materia: a venditione, & emptione: quia
in istis venditur merx pro pecunia, aut tra-
ditur pecunia pro merce; in cambio vero pec-
unia pro pecunia commutatur. Possent tamen
& cambium dici quedam venditionis species,
quatenus pecunia ut merx venditur pro pec-
unia serente pretii vicis. Differt a commo-
dato, locato, & deposito: quia in his non
alienatur dominium; in cambio vero domi-
nium pecunie a campario in camporem
transfertur. A mutuo pluribus titulis discre-
par: tum quia mutuum non solum pecunia,
sed etiam quicumque re sua consumptibilis
peragitur; cambium vero sola pecunia: tum

quia mutuum tempus aliquod polcit; in cam-
bio pecunia præsens pro præsentis datur; tum
denique quia mutuum gratuitum est, cam-
bium lucrulorum.

II. Dividitur in reale, & fictum, seu fic-
tum. Illud mutuum palliatum est omni ti-
tulo iusto lucrandi desistitur: est enim tra-
ditio pecunie absque loci distantia. Solum
tempus absens est, quia futurum. Neque
species unius pecunie pro alia datur. Hæc
ambiorum larvæ aliquæque grassantur. Qua-
re cambium, non secus ac negotiatum, quan-
dam turpitudinis speciem præfert. Sola pu-
blica necessitate Republicæ, commerciorum-
que honestari valet, ut mox dicitur, si sit
verum & reale. At fictum, de quo nunc agi-
mus, nullo honestari titulo potest. Cambium
istud sic peragi solet. Indiges pecunia Veronæ,
ibidem restituenta, sed iuxta valorem
cambiorum Boieni, vulgo Bolzan.

III. Cambium reale est in quo vere pec-
unia pro pecunia commutatur, sive præsens
pro præsentis qualitatibus diversis, sive præ-
sens pro distante, aut distans pro præsentis.
Dividitur in minutum, & locale, seu per
litteras. Minutum, seu manuale est in quo
pecunia aurea pro argentea, aut argentea
pro aerea, vel contra, datur. Ideo dicitur
manuale, quia pecunia de manu in manum
transit, cum sola qualitatibus diversitate. Cam-
bium locale, seu per litteras illud est in quo
permutatur pecunia præsens pro distante in
alio loco, aut distans in alio loco pro præ-
sentis. Duobus modis peragi potest. 1. Cam-
pior

plor dat pecunias campario Venetiis, red-
dendas Romæ. 2. Camparius dat Venetiis
camporis pecunias, Romæ recipiendas. Et
quia chirographis hæc cambia scribuntur,
ideo dicuntur cambia per litteras.

IV. Quæst. I. Quo titulo licitum est cam-
bium manuale? Respond. Plures titulos assi-
gnant Auctores. Primus est officium iudicium
cambiendi, vel publica auctoritate imposi-
tum, vel sponte susceptum in commodum
Reipublicæ. Valde enim communi bono con-
ducit quod aliqui monetæ diversi generis ha-
beant paratas ad utilitatem eorum qui eis-
dem egent. Plures qui iter agere debent, in-
digent monetis aureis, quia, utpote levioris
ponderis, facilius asportantur: & ideo eas a
campore petunt, quibus dat areas. Alii in-
digent aereis pro minutis expensis. Quamob-
rem utilitas istius permutationis manifesta
est.

V. Alter titulus est labor, & incommo-
dum congregandi pecunias cuiuscumque ge-
neris, numerandi, conservandi, distribuendi.
Ad quæ omnia peragenda requiruntur mi-
nistri, domus, & expensæ non leves. Pene-
tarum, infidelitatis mendiciorum, & eorum
qui correspondentes vocantur, & eorum
est incommodum monetarum tanta va-
rietatis. Hæc omnia simul coniuncta consti-
tunt titulum iusti, & moderati lucris. Ti-
tulus qui postimum honestare lucrum va-
let, est ipsa diversitas intrinseca metalli mo-
netarum. In hoc manuali cambio monetæ
gerunt quasi vices mercium, quarum una
utilior alia est in ratione mercis asportan-
dæ, distribuendæ, & conservandæ; licet in
ratione monetæ omnes sint eisdem valo-
ris. Taxatio lucris exigendi in hoc cambio,
communiter publico consensu definita in em-
pessu est, a qua non licet recedere in exce-
ssu.

VI. Heine inferunt Theologi non pauci,
licitum famulo camporis esse, pecuniam au-
ream acceptam, solvendam creditori, in au-
ream commutare, & retento lucro, solvere
creditori: qui lucrum istud fructus, industria
est, dammodo tamen dominus detrimentum
non patitur; & nisi dominus expresse iulle-
rit ut talem auream pecuniam famulus cre-
ditori tradat: in qua hypothese & ipsi con-
sentunt, famulum peccare, ac teneri ad
compeniendum tum dominum, tum credito-
rem, si ob hanc pecuniarum variationem detri-
mentum passi sint. Verum hæc opinio
absolute mihi non probatur, quia fraudibus,
Conr. Theol. Tom. VII.

& usuris viam aperit. Famuli suis stipendiis
contenti sunt. Nec videtur titulum cur famu-
li, qui nullum incommodum cambio annexum
inibunt, & mercedem pro suo exercendo offi-
cio accipiunt, possint licite lucrari. Salzman-
tientes tract. xiv. cap. 19. par. 1. num. 5.
docent, camporem qui pro exercendo cam-
bio a Principe stipendium accipit, non posse
lucrum a campariis, petentibus cambium,
exigere. Deinde ibid. num. 7. cum Castro-
palao, Lugo, Prado, & aliis concedunt,
præfatum famulum lucrari modo dicto posse.
Quæ sane opinio pugnat cum prima: & cum
prima mihi vira per, secundam ut fallam re-
iicio. Cardinalis de Lugo disp. xxviii. sec. 2.
num. 25. & seqq. plura subtilia commenta
excogitavit pro honestandis lucris quæ fieri
solent a famulis & procuratoribus campore-
rum: quæ omnia falsa existimo. Nequeunt
enim famuli, vel procuratores dominorum
pecunias uti ad proprios invidiosos trans-
actus; sed rem dominorum, a quibus stipen-
dium accipiunt, agere debent. Plura dicenda
sorent, si omnes subtilitates, excogitatas a
Lugo, disolvere vellem. Sed non est præ-
teritum opere.

VII. Quæst. II. Licitum ne est cuiuslibet pri-
vato cambium hoc minutum exercere? Resp.
Adfirmant communiter Auctores: quia hæc
cambiendi ratio nullo iure verita apparet:
non naturalis, quia tum neque publica acce-
dente auctoritate, licita esset: non positi-
va, quia nullo reperitur ius, hoc cambium
veritas. Ratio vero cur licitum sit, ex his
quæ indicavi, manifesta est. Hoc cambium
speciem præfert venditionis, & emptionis,
quatenus monetæ aereæ, puta Jacenti solidoro-
rum, licet in ratione valoris æquæ aereæ,
tamen prout commercio, asportationi, &
utui communi deservunt, reputantur mer-
ces viliores, & non levis incommodum. Ergo
cambium, vi cuius auferitur incommodum
istud, pretio æstimabile est, & modato lu-
cro dignum. Quæ tamen intelligenda cum
moderatione, & prudenti iudicio sunt. Si
quis enim unum, vel alterum aureum, si
unum, aut alterum ducatum permutaret, &
lucrum exigeret, avaram se prodere. Eius-
modi enim cambia iuxta prudentum existi-
mationem levioris momenti nullo pretio sunt
æstimabilia. Et ideo repta hæc cambia fa-
miliaria gratis fieri solent. Sermo ergo est
de cambio monetarum in magna, & congrua
quantitate. Adverendum etiam est, quod
in aliquo regno, ut in Gallia, prohibuitur
privatis est hæc cambie exercere: quoniam
peccat qui legitimas leges Principum tran-
greditur.

gréduntur. Insuper minus lucrum exigere privati debent quam publici camplores: quia minoribus expensis, & oneribus sunt obnoxii. Hac ratione Caietanus *Tom. II. opus. tract. VII. cap. 1.* & post illum Armilla verb. *Camplores* negat licitum esse privatis cambia exercere: quorum opinio explicari potest, quando privati idem lucrum quod publici camplores, exigunt.

VIII. Quæst. III. *Quo titulo licitum est cambium locale cum lucro?* Resp. Omnes licitum alterum cambium istud, quo pecunia uno loco traditur, & alibi solvitur, ut contra. Poro licendi titulus est pecuniarum exportatio, & Republica: valde necessaria. Flores enim indigent pecunia in uno loco, ubi eodem carent, & quo transferre abique extraneis, & periculis nequeunt. In hac exportatione camplores vices ballii gerit, non quidem res ipsa, sed virtute. Idcirco non tantum exigere licet debet, quantum vero tantum tribuendum est. Nihil titulo hoc ballio tribuendum est. Nihil titulo hoc equitis. Hic fuit primus & verus cambiorum titulus. Sed vis illius in cambis hodiernis habetur ratio. Quoniam sepe camplores habent pecunias in locis, quo exportanda sunt, & quarunt camplos, quibus eas tradunt, & nihil fecius lucrum accipiunt. Sed Theologi respondent, hoc esse pro *accidens*. Accedit alius titulus assecurationis pecunie a translationis periculis, quæ pretio assecurabilis est. Camplo enim dominus evadit pecunia quæ illi solvenda in alio loco traditur: atque adeo pericula subit eidem pecunie. Hic tamen secundus titulus includitur in primo: quia dum subit camplo onus solvenda pecunie in alia civitate, etiam ea quæ necessario heinc consequuntur, suscipit. Quamobrem nequit lucrum pro uno, & pro altero titulo exigere: sed asportatio, & securitas pro eodem titulo computatur. Quæ locum habent, five camplo prius pecuniam recipiat, alio in loco reddendam: five ille hic numeret, alibi recipiendam. Utroque enim modo fit pecunie translatio. Quare camplo, qui camplo petenti tradit pecuniam Venetiis, sibi reddendam Romæ, iure plus exigere Romæ potest quam numeraverit Venetiis. Nec refert, inquam, quod camplores aliquando sine incommodo eiuſmodi cambia præsent, ut moderatum lucrum recipere valeant: quia id contingens est, & accidentarium, illorumque propterea fortè hoc tribuendum est, & officio, vi cuius in pluribus civitatibus dispersas pecunias conservant, ut publico commercio satisfaciatur. Cavendum tamen, addunt; ne quid ob tempo-

ris dilationem petant: quia tunc usuram committerent. Quare qui longius affligant tempus quam illud requirunt, & necessarium ad translationem *litterarum*, ut pretium augeant, manifestam usuræ culpam perpetrant.

IX. Quod ad quantitatem pretii exigendi attinet, spectanda est locorum distantia: quia quo longius asportatur pecunia, eo magis exigitur pretium. Quare sine intra, si-ve extra regnum cambium facti, congruum lucrum percipi potest: dummodo maioris, aut minoris distantie ratio habeatur. Consideranda quoque est monetæ æſtimatio, quæ maior in uno ac in altero loco esse solet. Quare, præter titulum asportationis, seorsim occurrere potest alius titulus, in diverſo monetarum valore situs. Heinc si camplo daret pecunias Venetiis recipiendas alibi, ubi minoris monetæ valent, aquandus valis esset; ac inter datam & acceptam æqualitas conſideranda. Similiter quando commutatur pecunia in uno loco pro eadem, vel simili, alio in loco tradenda, ubi magis valet, compensandus excessus est; alioquin usura committitur. Idque locum habet in aliis quoque cambiis, seu permutationibus frumenti, vini, olei, quæ pro locorum diversitate maiori, aut minori pretio valent. Idcirco supplendus est valoris defectus, vel excessus, & ponenda æqualitas.

X. Quæst. IV. *Exigere ne pignus potest camplo, prius tradens pecunias camplo; alibi sibi restituendas?* Resp. Adfirmant communiter Auctores. Quoniam sicut in aliis contractibus, puta emptionis, venditionis &c. ad creditum factis, licitum est pignus, aut fideiussionem exigere, eadem ratione id permissum est etiam in contractu præſtato cambii. Si camplo prius acceperit pecunias, securus est, æquitas postulat ut camplo in tuto collocetur. Neque difficultas de hoc esse potest.

VI. Ut plura in pauca contraham, tituli quoque cambiorum iustitia assignari solent ab auctoribus, sunt sequentes, quos ex Navarro Azorius *III. Part. Lib. X. cap. 111.* recenset. 1. Materie diversitas: quia ad plures usus opportuna est pecunia aurea vel argentea, quam aerea, vel e contrario. 2. Varietas forme ponderis, signi, figuræ. Pecunia enim una forma signata hic valet, alibi reicitur. 3. Materie pretiositas: nam aliquid pecunia potest esse ex auro puro & selectiore. 4. Raritas, & antiquitas utilis ad historiam. 5. Loci distantia. 6. Diversitas temporis, quatenus temporis decursu valor mu-

mutatur. Sola vero temporis dilatio nequit esse lucri titulus. 7. Maior aut minor pecunia copia, vel penuria. 8. Expensæ, & incommoda camplorem.

XII. Quæst. V. *Camplores valent ne monetarum pretium Principio auctoritate publica valere?* Resp. Aureus auctoritate publica valet 20. iulii argenteis. Potest ne camplo hanc aureum commutare maiori pretio? Negant aliqui. Sed communior, & ut videtur, verior opinio docet, hoc licitum esse ob rationes datas. Quoniam publica auctoritas valorem numulatum definit, prout sunt rerum venalium pretia, non prout sunt veluti mercæ, ad communes usus valde utiles. Frumenta, & alia eiuſmodi, dum habent determinatum pretium, non possunt plura vendi: quia talia unicum usum habent vite sustentandæ. Duplex vero pecunie usus est. Alter, quatenus est rerum venalium pretium, quod Principis lege taxatum, non potest augeri. Alter, ut est res, seu materiam, opportuna tradendi, & quotidiana distractionibus. Facilius enim aurei quam argentei, vel etrei nummi transferuntur. Quare camplores in hoc casu non variant pretia monetarum: sed exigunt lucrum quod ipsis debetur ob officium congregandi tot monetæ diversæ speciei, ob publicam commoditatem, & dicitur cambium minutum, seu manuale.

CAPUT II.

De cambio cum recambio, vulgo con la ricorfa. Opinio Lessii, Lugo, & Tamburini expolitur ut laxa.

I. Phænomenon mercatorum inter omnia quæ iuniores nonnulli excogitarant, & consuetæ opiniunculæ, & clausalis vallarunt, difficillimum exponere aggressor. Adeo impeditum, intricatumque est, ut vix proponi, nedum declarari percipere queat. Circumstantibus quibus, & syxis perpetuis volvitur cambium istud. Exeredit Venetiis e manibus *Titii*, & in eadem civitate immigrat in manus *Caii*. Heinc discedit, Placentiam petens, inviturus *Sempronium* procuratorem *Titii*. *Sempronius* mittit illud ad *Seium* procuratorem *Caii*. *Seius* illud remittit ad *Sempronium*. Et tandem relegere vestigia Venetiis cogit, regressiturque in manus *Titii*, onustum lucro duplici. Artis camplores minus periti, me verbis iocari, & lectorum mentes chimeris palcere, eorumque patientia, & credulitate abati iudicabant. Verum

ne quis talem concipere suspicionem valeat, verbis ipsi quibus cambium istud exponunt Lessius, Lugo, Tamburinus cum aliis communiter, repræsentare lubet. Et quoniam P. Tamburinus ceteros iuniores in perficienda quæſtione expositione superat, ex eodem verbo refero. Is autem *Lib. IX. tract. 111. de contracti. cap. v. §. 2. num. 1.* sic cambium istud exponit. „ Praxis huius cambii, „ bii (quod Bisultinum, vel Placentiarum, „ apud Lessium *Lib. II. cap. XXXI. num. 56.* „ appellatur) *noſtro ævo frequentissima*, hu- „ iusmodi est. *Titius* camplo hic Panormi „ v. g. dat *Caium* centum aureos, solvendo „ ab eodem *Caium* in proximis mundanis Pla- „ centiæ celebrandis, vel in aliquo Italiae, „ vel Siciliæ loco. Quoniam vero *Caius* ne- „ mineum habet Placentiam, vel in illis aliis „ locis qui eius nomine solvat quod ipse „ *Caius* debet, ideo *Titius* offert eidem *Caium* „ sinum correspondentem, nomine *Seium*, re- „ sidentem in illis locis. Offert, inquam, „ ut sicuti est correspondens *Titii* cum omni „ potestate, ipsi *Seio* concessa ab eodem *Ti- „ tio*, ita in hoc negotio, ut sit etiam cor- „ respondens *Caii*, & solvat cambium, id est „ dictos centum aureos cum lucro, ibi apud „ mercatores, seu apud forum decerni sol- „ ro. Sit autem hoc lucrum nunc v. g. au- „ reorum quinque. Acceptata oblatione scri- „ bit ad *Seium Titius*, nomine utriusque, „ puta eiuſdem *Titii*, & dicti *Caii*, ut sci- „ licet *Seius* acceptet creditum *Titii*, & de- „ bitum *Caii*, ut correspondens iam *Caii*, „ solvat, cambium, eiuſque lucrum, id est „ centum & quinque aureos, & ut corre- „ spondens *Titii*, eos aureos recipiat, & sic „ extinguitur cambium. Sed quia *Seius*, ut „ correspondens *Caii*, pecuniam non habet, „ ideo ipse idem *Seius*, ut correspondens *Ti- „ tio*, seu *Titii* nomine offert, & dat illam „ pecuniam *sibi eidem*, ut correspondens, seu „ procurator predicti *Caii*: dat, in- „ quam, ad cambium (quod certe erit secundum „ cambium, seu, ut loquimur, *recambio*) „ solvendam a *Caium Panormi*. Cum accepta ergo hac pecunia *Seius*, ut corre- „ spondens *Caii*, extinguit, qui solvit, ut „ dictum est, predictum cambium primum, „ Panormi celebratum, ita ut nihil omnino „ amplius debeat pro dicto primo cambio *Ca- „ ius*. Lege Lessius, qui recte notat, si „ dictus *Seius* fugerit, vel decoqueret, *cam- „ plosorem Titium* non posse agere nomine „ suo contra *camplorem Caium*: si enim „ *Caius* iam solvit cambium ipsi *camplo* „ *Titii*.

2. Quoniam vero dictum secundum cambium parere suum laerum debet, quod erit v. g. aliorum quique aureorum, qui solvendi erunt a *Cato* Panormi; ideo *Caius* debet Panormi solvere *Titio* centum & decem auros; id est centum ex primo capitali, quingue ex lucro primi cambii extingui. *Placentii* cum pecunia habita a procuratore *Titii*; & quingue ex lucro cambii extinguendi Panormi ad eodem *Cato*.

3. Suppono ad iustitiam secundum cambium, si eius procuratorem non cogi ad dictum secundum cambium. Posset enim *Caius*, seu eius procurator, extinguere primum cambium pecunia presentis, sine necessitate sumendi recambium; vel certe posset fulmere recambium ab alio quam a correspondente *Titio*.

4. Solet autem occurrere ut *Caius* ne Panormi quidem promptam eam summam habeat quam debet *Titio*; unde rursus totam illam eandem summam, ac si illam iterum accepisset a *Titio* ad cambium, se obligat solvere cum suo lucro iterum *Placentie* vel alibi, ubi rursus fiet. Quod modo *num. 1.* diximus, & sic continuantur per multos aliquando annos cambia, & recambia, donec repta, & numerata pecunia totum capitale cum omnibus lucris intercurrentibus solvat *Titio Caius*. Nam propterea mercatores hoc appellant etiam cambium cum *recursa*. Recurrit enim, unde inceperat. Et *adverte permixtione* totum hoc negotium prater primam traditionem illorum centum aureorum, *Cato* a *Titio* numerato datorum, & prater ultimam hanc solutionem, quam numeratam denique fieri oportebit, traditi, & expeidiri oportebit per solas *lyngraphis*, seu per acceptance, & dationes crediti, & debiti, que in libris dati, & accepti scribantur.

II. Hæc est sola simplex expositio illius mixti cambii, & recambii. *Adverte permixtione*, inquit P. Tamburinus, prater primam traditionem, & ultimam restitutionem omnia esse ficta, seu solis *lyngraphis* datis, & acceptis, medio illo *Seio*, qui & numerat, & solvit sibi ipsi cambium. Hæc sunt prologia sine firmata ad usuram occultandas excogitata. Quæ ad simplicem illius cambii currentis, & recurrentis per gyros, & anfractus prospectum non deprehendit merum esse usurarium pallium?

III. P. Tamburinus *loc. cit. §. 3.* testatur, multos improbare hoc cambium, quavis, ut Tamburinus ipse aserit, frequentissimi-

man. Multi tamen (subdit ille) ut *Navarus*, referens ita sensisse virum quendam doctissimum Societ. Iesu Bonifac. Sa verb. *Combition*, *Diana*, *Lessius*, *De Lugo*, & *Sais* probabiliter, quos ego sequor; licitum esse docent cum explanatione danda *§. 4.* Probatur, quia si *Caius* camparius habet *Placentia* aliquem amicum, qui tibi solvetur cambium contractum Panormi, esset iustum cambium, ut supra vidimus; ergo etiam si solvat, seu correspondens &c.

IV. Hæc Tamburini, seu Lessii, De Lugo, & aliorum, qui idem docent, & tere hisdem verbis (maxime De Lugo) exponunt hoc cambium, argumentario huc recedit. Si cambium esset verum, & reale, licitum foret. Ergo licitum quovis erit, etiam fictum sit. Nulla fit pecunia numeratio *Placentia*, sed ficta, & sola imaginatio, vel calamo peraguntur duo cambia, nempe cambium, & recambium. Et nihilotenus cambium, & recambium erit licitum? Quidni? Reponunt Lessius, Lugo, & Tamburinus, Quavis non adit pecunia vere & realiter, adit tamen virtualiter, & æquivalenter; que *fictio* solutio est, inquit Tamburinus, ad veram solutionem facientiam. Felices, laudique debitorum, si hæc pecunia virtualis, laudemente concepta, & calamo exarata, solvere debita sua possent. Lapis iste caluiticus omni lapide philosophico pretiosior esset, si quemadmodum utram lucat, ita pecunias ad veras solutiones pareret debitorum.

V. Ut usura iniquitatem deprehendas, *Caius* necessitate coactus petit a *Titio* 100. auros, nihil prorsus de cambio cogitans; cum in universo terrarum orbe live, mentiam aperiam, five campiores, aut correspondentes habeat. Versipellis *Titius* & vaser videt, se feneratorum manifestum prodere, si absolute auros tradat cum accessione supra sortem. Suggestit ei cambium *Placentinæ*. Equi fieri hoc potest inquit *Caius*. Facillime, respondit *Titius*. Habeo ego tibi procuratorem meum *Seium*, qui illa omnia que narrata sunt, peraget. Quis manibus non tangit, veritatem circuitiorem ad palliandum usuram excogitavit? Immo respondit P. Leonardus *Lib. II. cap. XXIII.* inquit P. Tamburinus *loc. cit. num. 4.* camplorem magnum conferre campario beneficium, dum ei suggestit correspondentem quem is invenire nequit, Beneficium illud eo tendit ut in usurarium voraginem *Caius* detrudatur, ibique per plures annos detineatur, donec, fenore multiplicato, exhaustum patrimonio sit. Contendit P. Lessius, non esse cogendum cam-

pia

plarium ad acceptandum *Seium* in suum correspondentem. Verum, & etiam cogetur, addit P. Tamburinus ibidem, illi non fieri iniquum. Quoniam quique illas adicere contractus conditiones potest que non pugnant cum natura contractus, non potest non repugnare vero cambio contendit P. Tamburinus. Sed, cum cambium fictum, & chimericum sit, universa machina ficticia est. Plura dilinguit §. 4. P. Tamburinus, que expendere non vacat. Cambium quippe hoc, sublati circuitibus, feneratorium manifeste est. Siquidem *Titius* non aliud rapia intendit nisi exigere ex centum que tradit *Cato*, lucrum, & *Caius* non aliud intendit nisi recipere pecuniam restituendam *Titio* eo in loco in quo illam accipit. Cetera omnia imaginationes sunt proflus chimerica. Cedo: quomodo intendere *Caius* potest cambium, si eo non eget? Intendit ergo unice pecuniam ibi restituendam, ubi eadem recipit. Nec pluribus opus est tam inane commentum explodendum.

CAPUT III.

Constitutio S. Pii V. Condiciones in eadem contenta. Commenta quibus Lessius, Lugo, Tamburinus, La-Croix, & alii eludunt hanc constitutionem pretextu non acceptationis, reselluntur.

PRIMUM omnium sanctissimi Pontificis Pii V. constitutionem transcribo, que ejusmodi est. In eam pro vestro pastoralis officii curam diligenter incumbimus, ut Domini nostri vobis opportuna ut animarum salute remedia adhibere minime differamus.

1. Cum itaque ad aures nostras pervenerit, legitimum cambiorum usum, quem necessitas, publicæ utilitas inducit, sæpe numero ab illicitis qualibus cupiditate deperari, ut sub illius pretextu usuraria pravitatis a nonnullis exercetur; Nos petitionibus que super his nobis nuper facte sunt, hæc perpetuo valitura decretali respondendum esse diximus, ut neque dolosa sua fraude suffragetur, neque ignarus perdat inscitia: sic enim Pastoris officium exequimur, dum gregem nobis commissum ab æterna damnationis periculo eripere modis omnibus studemus.

2. Primum igitur damnamus ea omnia cambia que sicca nominantur, & ita conjunguntur, ut contrabentes ad certas mundanas, seu ad alia loca, camba celebrare simulent; ad que loca si qui pecuniam recipient, litteras quidem suas cambii tradunt, sed non mittuntur;

Cont. Theol. Tom. VII.

vel ita mittuntur, ut transacto tempore, unde processerant, inanes referantur; aut etiam nullis huiusmodi litteris traditis, pecunia ibi denique cum interesse reperitur; ubi contractus fuerat celebratus: nam inter dantes & recipientes usque a principio ita conveniatur, ut certe talis inventio erit; neque quisquam est qui in mundanis, quo locis supradictis, huiusmodi litteris receptis, solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, que pecunie, sine depositi, sine alio nomine ficti cambii traduntur, ut postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituuntur. Sed & in istis cambiis, que realia appellantur, interdum, ut ad nos pertinet, campiores presertim solutionis terminum, lucro ex tacta, vel expressa conventiono recepto, seu etiam tantummodo promissa, differunt. Que omnia nos usuraria esse declamamus, & ne fiant, districtius prohibemus.

Porro ad tollendas quoque in cambiis, quantum cum Deo passivus, occasione, peccatum, fraudulente feneratorum, licentiam; ne deinceps quiquam audeat, sine a principio, sine alia, certum & determinatum interesse, etiam in casu non solutionis, pacisci; neque realia cambia aliter quam pro primis mundanis, ubi ille celebrantur, ubi vero non celebrantur, pro primis terminis, iuxta receptum locorum usum exercere, abusu illo proflus reiecto, cambia pro secundis, & deinceps nudatis, sine terminis excusandi.

3. Cavendum autem erit in terminis, ut ratio habeatur legitimitatis, & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, ne dum longiores prescriptur quam loca destinata solutionis desiderant, feneratorum detur occasio.

4. Quicunque contra hanc nostram constitutionem commiserit, penis a sacris canonibus contra usurarios inflictiis se novovit subiacere. Eo vero qui conspirationes fecerit, vel consensum antequam pecuniam ut ad se redegerit, ut quasi monopolium pecunie facere videatur, penis que a iure contra execrates monopolistas constituta sunt, retineri sancimus.

5. Volumus autem quod presentes littere in Camera Apostolica, & ad vices Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellarie in Apostolica publicentur, & in ipsa Camera describantur.

6. Et quia difficile foret eas ad singula que loca deferri, quod arum transumptis, etiam impressis, manu alicuius eiusdem Camere, vel alterius Notarii subscriptis, & sigillo dicte Camere, vel Prælati ecclesiastici munitis, eadem proflus fides adhibetur que presensibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel offensus. Nulli ergo &c.

X 3

Datum

Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis Domini 1571. 5. Kal. Feb. Pontificatus nostri anno sexto.

II. Primo loco Pontifex cambia sicca damnat, in quibus pecunia, ubi accipitur, dato tempore restituitur. Obtruditur quidem cambi nomen ad tales mundinas, vel allaeca, ad que aut nulla littera mittuntur, aut si mittuntur, inanes redeunt. Uno verbo, omnia sicca sunt, & ideo siccum cambium vocatur: quia camparius nullam pecuniam, nullum procuratorem habet, ubi faciendum cambium esset.

III. Cardinalis de Lugo *disp. xxviii. sec. 8. num. 109.* cum Lessio, & Salas docet, constitutionem Pianam patris in locis, & sere nullibi esse receptam in his causis naturalis obligationi adduntur. P. Claudius Laurentis, sua methodo hęc colligens quod alii iuniores docuerunt, de hac constitutione ita scribit *Lib. III. part. 111. num. 1032.* Cum ea Bulla vix nullibi sit ubi recepta, communiter censetur non obligare; et notant Salas, Lugo... Stephanus &c. Hinc DD. non damnant eos qui non observant, inquit Lessius *Lib. II. cap. xxv. num. 35.* eo quod constitutio illa recepta non fuerit. Itaque videndum est quid ius nature requirat. "Qui sunt illi iuris naturalis iudices? Iuniores Probabilistę? Non vidit Pontifex sanctissimus Pius V. Non viderunt Theologi doctissimi quorum consilio usus ille est? Si Balani, si Ianseniani simili responso Bullas Pianam, & Innocentianam reititerent, quibus censuris digni essent? An pontificie Constitutiones in fidei articulis, secus in morum regulis obligant? Sed cur constitutio ubi recepta non est? Quia non observatur a mercatoribus. Nę illarum egregia ratio!"

IV. Post damnata cambia sicca que iuri naturali repugnare fatentur omnes, occasiones secundum loco prohibet usurum. *Porro ad tollendas queque in cambis occasiones peccandi, fraudesque feneratorum &c.* Vetat itaque Pontifex, ne principio determinatum interesse deducatur in pactum, etiam in casu quod debitor non solveret. Non prohibet Pontifex pretium cambi, sed lucrum pactum ratione eius quod interest, seu damni emergentis, & lucri cessantis, casu quo in mora solutionis debitor esset. Hęc ad eventum pendere Pontifex vult, secus in pactum deducit, ad vitanda pericula, & occasiones usurum.

V. Adversus hanc Pontificis regulam insurgit casuistica commentatio, quęrens, sit ne in foro conscientie licitum, initia con-

tractus taxari a camplore qui pręvidet periculum damni emergentis, lucrive cessantis, compensationem, ubi hac Bulla obligat Adfirmam Molina, Valenta, Navarros, et testator Salas *duo. xiii.* quia lex fundatur in presumptione usure, qua presumptione soblata constitutio non obligat. Constitutio pontificia vix alicubi, inquit, est recepta. Ubi vero recepta est, in foro exteriori obligat; in interiori autem vim obligandi non habet, quia presumptione nititur. Usq; dum hac interpretandi summorum Pontificum regulas pro morum integritate prescriptas ratio viget, nil boni sperari valet. Utique presumptione fraudum, viururumque nititur pontificia constitutio: & ideo ad pericula, & occasiones usurum tollendas eiusmodi pacta interdicit. An parendum non est superiorum legibus, quibus subditi a peccandi periculis subtrahuntur? Hęc est una ex potissimis relaxatę Theologie radicibus. Quamdam Theologi peccata demarcat que nulla probabiliter larva tegi possunt, damnant; pericula vero, occasioneque que ad peccandum impellunt, exquisitis argumentis, & leuociniis fucate non raro solent. Rescripta pacta S. Pius V. tamquam feneratorum occasiones prohibet. Laudati interpretes prohibitionem pontificiam elidunt duplici via. Aut Bulla, inquit, non est acceptata; vel presumptione nititur quod fraus interit. Si Ecclesia tolerat errores, silentium pro tacita approbatione evulgat: Si eos prohibet, prohibitionem obsolevisse effusunt, vel non esse ubi receptam. Tu, si peccata declinare sincere cupis, ab eiusmodi interpretamentis caveto.

VI. Altera conditio prescribit, ne cambia realia alter fiant nisi ad primas mundinas, ubi mundinae sunt; ubi vero mundinae non celebrantur, fieri cambia debent ad primos terminos iuxta consuetum locorum usum. Si proxima mundina tam parum a pacto cambio distat, ut litterę ad mundinarum locum nequeant pervenire, ut in eisdem fiat solutio; tum proxima mundina, quarum fit in Bulla mentio, intelliguntur legentes, in quibus fieri solutio possit; ut communiter Auctores iura interpretantur.

VII. Si cambium fieret ad mundinas, non proximas, sed ad alias remotiores, cum maiori lucro propter dilationem; tum violaretur constitutio pontificia, que id prohibet. Hęc tamen conditio campiores comprehendere videtur, secus camparios. Si itaque camparius prius pecuniam numeret campiori Venetis, soluto campiori iusto pre-

tio, recepturus pecuniam Mediolani, si terminum solutionis proroget campior ad secundas mundinas, nihil adversus constitutionem agit: quia tum nullum est tenoris periculum, cum nullum heinc lucrum campiarum percipiat. Videndum tamen ne fraudes obrepant, ut si camparius non solveret totum pretium: quia tum ex prorogatione termini captari aliquod lucrum possit: aut si camparius evadere campior, & lucri augendi causa cambium differret. Si tamen campior daret cambium ad secundas, aut tertias mundinas abique ullo pretii augmento supra id quod acciperet, si cambium daret ad primas mundinas; nihil eum agere contra Bullam, dicunt multi. Quod verum reputo. At quia vix reperitur campior qui cambium abique lucro proroget; ideo servanda adamantim est Bulla pontificia.

VIII. Exponenda sunt illa verba: *Cambium autem erit in terminis, ut ratio habeatur iniquitatis, & vicinitatis locorum in quibus soluto destinatur, ne dum longiores præstentur quam loca destinata solutionis desiderant, feneratoris detur occasio.* Azorius, & Lugo diversis interpretationibus declarant haumodii verba. Germanus lenus est, ut in præsignis terminis solutionis præstaretur, ratio habeatur distantie, aut propinquitatis locorum, ne longiores præstentur terminis quam loci in quo facienda solutio est, distantia postulat. Si enim longiores præstentur quam maior aut minor distantia locorum exigit, feneratoris captatur occasio. Quoniam prorogatis terminis solutionis augetur pretium. In præfata verborum clausula sermo est de cambiis ad loca in quibus mundinae non celebrantur. Ubi enim mundinae sunt, cambium fit in proximis mundinis.

IX. Ultimo loco concludit Pontifex: *Eos vero, qui conspirationes fecerint, vel consensum iudique peccatum, ita ad se redegerint, ut quasi monopolium pecunie facere videantur, panis, quæ a iure contra exerecentes monopolia constituta sunt, retineri sancimus.* Quemadmodum mercium que venduntur, & emuntur monopolium sunt, dum aliqui mercatores ad se trahunt mercem omnes, ut emptores pretio æquo alicui emergere ab iisdem cogantur; ita etiam in cambiis sunt monopolia, dum aliqui campiores pecunias conquirunt, & aggerunt, ut cambia maiori pretio vendant. Interdum abique conspiratione fieri hæc monopolia valent, dum campior fugit in mundinis magna le pecunie copiam habere, ut ceteri campiores, falso illius timore,

villiori pretio infra infimam offerant. Quæ omnia cum agitate, & iustitia pugnant.

X. Advertas tandem velim, non semper maiorem locorum distantiam esse causam pretii augendi. Nam sæpe in locis remotioribus facilis copia sunt, ob commercium frequentius quam in locis minus remotis, ubi nullum, aut rarum commercium est, ad difficultus, et maiori periculo agitur. Sed, ad hoc quod attinet, spectandus communis mos est, & consuetudo.

CAPUT IV.

De cambio ad mundinas, seu ad terminum; & de cambio critico, quod in eadem civitate consummatur. De iniquitate proenetrarum.

I. P. Thomas Tamburinus *Lib. IX. tract. 1. cap. v.* observat cum aliis, communiter mercatores mundinas habere in certis locis, seu urbibus determinatis, ubi debita solvuntur, ratioque sunt, & in liberis dati & accepti scribuntur. In Italia quibusdam in annos singulos mundina iste celebrantur tripe mensium intervallo. Prima celebrantur prope festum Epiphanię, secunda in eunte Maio, tertia mense Augusti, quarta circa festum omnium SS. Franciscus bis in anno sunt: idcirco plures iuniores vocant hæc mundinas Franciscanas. Porro quando cambium fit ad primas, vel ad secundas, aut ad tertias quartasve mundinas, secus si quod cambi solutio fieri debeat aut post tres, aut post sex, aut post novem, aut post duodecim menses.

II. Cambium Franciscanense est, dum campior pecuniam hic numerat, a campario Franciscuro reddendam cum lucro tanto maiori, quanto longiori tempore mundinae distat. Lessius, Layman, & alii licitum hoc cambium esse propugnant absolute; quamquam suadendum non esse subdant. Absolute usurarium esse, iure defendunt Caietanus, Soto, & graviores Theologi. Ratio evidens est: quoniam lucrum exigere ob solam temporis dilationem est manifesta ultra, ut ex his que iam dicta sunt, patet. Possent allegeri tituli lucri cessantis, & damni emergentis; sed ut advertit Franciscus Genovesi *instit. vi. cap. 1. vix* unquam mercatores veterum damnum patiuntur ex tali cambio: quia raro cambium, dilata solutione, nisi dum otiosa pecunia abundat, & deficiente occasione cambiendi ad lucrum certum. Ideo cambium ad terminum est sere semper usurarium, inquit ille.

III. P. Thomas Tamburinus *loc. cit. n. 6.* scribit: *Titulus iustificans lucrum cambii ad mundinas.* Primus titulus est, quia cambii prior catabit pecunia quam tibi ipse tradidit, post tres, vel plures menses: unde privatus, bitur, etiam non sit mercator, & oportunitate, & libertate aliquid lucrandi cum illa pecunia a te reddenda per alias *sortes* negotiorum sese offerentes.

IV. Titulus iste non aliud significat nisi quod pecunia presentis pretiosior sit futura. Titulus iste fundatur in sola spe lucri fortuiti, & omnino possibili, quem omnes communiter reiciunt, tamquam inopiam ad honestandum lucrum. Secundus titulus quem ibidem assignat Tamburinus, nempe periculum cui subest pecunia a cambio tradita, omnino contentiosus est, ut alibi probavi, cum sit intrinsecum. Idem est & de tertio, fundato in expectatione solutionis faciente; & de quarto, constituto in translatione virtuali.

V. Restat nunc agendum de cambio civilico, quod in eadem civitate consummatur. *Causa* indiget 100. aureis Romæ, quos a *Titio* cambio petit ibidem restitutos ad terminum, nempe ad primas, ad secundas, ad tertias &c. nundinas. Nemo est qui absolute cambium illud tamquam solum, & feneratorium non damnet. Quoniam cambium est vel permutatio pecunie presentis cum abente, vel emptio pecunie abentis pretio pecunie presentis, vel quod simile; ut supra declaravi. Porro quando cambium nec Romæ, nec alibi pecuniam labor permutandum, plantum est cambium esse fictum, & iniquum. Modum quo illam facere solent, fingendo correspondentes in aliqua civitate, & constituendo cambium cum recambio, seu cum *reversu*, vulgo *con la ricsa*, supra exposui.

VI. Aliam nunc larvam qua occultari ultra solet, paucis perstringo. *Causa* Romæ testatur cambium le nummos accipere vel ad cambium exercendum Neapoli, Lugduni, Mediolani &c. vel ad alios contractus negotiorum invidiosos: idque, si opus fuerit, iuramento confirmat; tamen pecunia recipiatur Romæ expendenda aut in filia collocanda, aut in propriis indigentibus reparandis. *Titius* cambiorum refugit credere pecuniam *Casio*, nisi aut pignore, aut fideiussore accepto: & tum pecuniam numerat. Porro *Causa* lucrum aliquod primum omnium solvere debet fideiussori qui affecit contractum debitum; deinde lucrum cambiori. En quor facinora in uno crimine. Duplex usura cum periculo,

rio, si iurat, aut saltem cum mendacio, si non iurat. Camplores communiter hæc omnia a camplariis fingi sciunt ex pluribus circumstantiis. Interdum tamen ignorant, sed raro, valent.

VII. Proxenetis non modo hæc omnia nota sunt, sed ipsi ut plurimum sunt harum fraudum, & mendaciorum inventores. Hi suggerunt & fideiussores, & camplores, & cetera quæ ad senus regendum opportuna iudicant. Propterea proxenetae illi iniquissimi sunt, & veteratores, innumeris culpis onusti. Si infelix *Caius* sincere mutuum a *Titio* pollicetur pari accessione: unum usuræ crimen cum *Titio* committeret, & unum lucrum *Caius* solvitur. Quia vero hoc crimine occultari curatur, plurima crimina perpetratur, & tres accessiones solvere *Caius* debet, unam proxenetae, alteram fideiussori, tertiam & præcipuam *Titio* Camplari, ac feneratori.

VIII. Estne aliquod arcanum quod absque crimine indemnem reddere *Titium* camplorem queat? Est quam maxime. Ecce. Aut *Caius* res ipsa negotiatur emptione, & venditione, vel cambio pecuniam acceptam a *Titio* aut secus. Si primum; verum est cambium, vel negotiatio, in qua trinus contractus virtualis, & implicitus includitur, videlicet *Titius* lucrum iure percipit. Si secundum; per *Caium* stat quod pecunia non exponatur aut negotiationi, aut cambio. Porro ex culpa *Caii* pari *Titius* damnum non debet. Hæc est doctrina quam tradunt *Lellius*, *Molina*, & presertim *Lugo disp. xxx. sect. 5. num. 48.* inquit: *Inservit tertio, etiam si mercator postea non negotiatur, lucrum illud de quo conventum fuit, exigi posse, si tamen quod capitale dedit, putavit bona fide illius negotiaturum: quia iam per accipientem stat quod non negotiatur, nec observare debet.* Hanc eandem doctrinam docet Tamburinus *Lib. IX. tract. viii. cap. v. §. 3. num. 9.* De contractu trino implicito, quo per alium fieri cambium possunt iuxta Tamburinum, mox dicam.

IX. Quod ad bonam fidem attinet camplores, communiter mala, & falsa est. Quando enim campior tradit pecuniam ad cambium, vel contractum societatis, loca cambii, & correspondentes scire debet, camplarium agnosceret, cum quo invidiosa societas est. Hæc perfecta esse camplores debent. Et recipere, quando illorum interest, in hæc omnia severe inquirunt. Sed lucri aviditate periculi, dissimulant, claudunt oculos, fidem adhibent

pro-

proxenetis vaserimis, & usurarum lenonibus. Si revera bona fides adfuerit; damni emergentis, quod campior pateretur inivus, compensatio necessaria est. Verum, ut dixi, hæc bona fides vix unquam adest. Quoniam camplores tenentur præfata investigare, cum sciant melius ipsi quam nos innumeras uluras his technis, & circuitibus palliari.

CAPUT V.

De bancariis, recipientibus pecunias mercatorum in deposito, & de quibusdam pactis que cambiis adici solent.

I. PRÆTER camplores, vulgo *Cambistas*, sunt alii qui nuncupantur *Bancarii*, qui mercatorum pecunias accipiunt custodientes, eoque illis dominis reddendas, aut si quis illis percipiant. Hi, antequam munus istud suscipiant, fideiussorem, cautionemque dare Republicæ debent. Dissertat a meritis depositarii: quia hi bancarii, veri domini sunt pecuniarum quas in deposito accipiunt; prætenunt pecuniam illorum damno, non deponunt, ut contingit in simplici deposito. Quare his pecuniis negotiatur, sive ad cambium, sive ad negotiationem illas tradendo. Frequenter bancarii isti in locis ubi celeberrime nundinae habentur, recipiunt pecunias mercatorum accedentium ad nundinas, & postea eorundem deponentium litteras solvant, supputatione in suis libris datis, & accepti scripta, & vundinis terminatis, laboris mercedem a deponentibus accipiunt, plus vel minus pro negotiorum numero, ut P. Thomas Mercator describit, & ex eodem *Molina*, & *Lugo*, qui peccare bancarios illos docent, & ad restitutionem damni teneri, si tantam ex depositis pecuniis summam in propriis negotiationibus, & cambis distrahant, ut imparis fiant ad eas deponentibus reddendas, quando hi opportuno tempore illas exigant. Peccant quoque; si eadem tali negotiationi exponunt ex qua periculum oriatur ut decedentes evadant, inepti ad restitutionem. Deposita hæc fieri solent aut pecunia numerata, aut litteris cambialibus. Si plura cupis, consule citatum Mercatum, *Lugo*, & alios, qui usus hæc describunt.

II. Disputant primum, teneantur ne deponentes solvere bancariis stipendium propter depositi custodiam? Adfirmat Navarras; sed probabilis negat alii. Quoniam non leve beneficium bancariis recipiunt, cum eis pecu-

niis ut valeant ad negotiationem, & cambiam. Et licet bancarii avidè quarant evulmodi deposita, sicut mutua gratuita, quibus non leviam cura comparant.

III. Disputant secundo, nam deponentes exigere a bancariis iure possint lucrum aliquod ultra sortem depositam? Alicubi enim, ut ex *Soto*, & *Molina* refert *Lugo*, bancarii consueverunt deponentibus dare quatuor, aut quinquæ in mille quotannis. Verum hoc lucrum & Auctores illi tamquam feneratorium improbant. Plura alia disputant de his depositis, que expendere non iudico pretium operæ. Paucis enim in locis hæc deposita fiunt. Illud solum adverto, non posse mercatores licite suas pecunias deponere apud illos bancarios quos sciunt his pecuniis cambialis, seu contractus feneratoris exercere, aut suspicantur eidem pecuniis ad senora illos abuturos; quemadmodum nemini licet apud camplores, vel mercatores pecunias deponere, quando dabitur de illorum feneratoriis cambiis, aut contractibus.

IV. Plura sunt pacta quæ adici cambiis solent. Primum camplores pacisci consueverunt initio cambii de lucro cessante, damnove emergente, a camplario solvendo, si præfinito tempore cambium non solvatur. Quam pacitionem prohibet S. Pius V. in sua laudata constitutione. Sed iniunior, quos indicavi supra, reponunt, hanc constitutionem non esse nisi receptam, ideoque potius fieri pactum de certo lucro reddendo, quoties isti tituli occurrant. Sed istorum opinionem supra reieci.

V. Secundum pactum solent camplores adhibere, nempe quod, si camplarius loco, & tempore constitutus non solverit cambium, teneatur eandem summam accipere ad recambium ab eodem camplore, vel eisdem procuratore. Hoc pactum ut iniquum damnant communiter iniunior; sed statim addunt, nisi occurrant tituli lucris cessantis, & damni emergentis. Diana vero, de more laxiora promovens, etiam sublati his titulis, pactum illud absolute ut licitum propagat. Ego vero absolute ut iniquum improbo. Tituli qui obtruduntur, ut alias dixi cum Francisco Gemet, communiter chimerici sunt. Sublati titulis, usura manifesta est.

VI. Super proposito recambio disputant iniunior, utrum quando pactum de recambio fuit licite appositum propter lucrum cessans, aut ad damnum emergens, possit pro capitali computari etiam lucrum debitum ex primo cambio, ita ut pro illo etiam lucro converso in sortem, solvatur lucrum in recambio? Quod est querere, utrum usura usurarum, seu

feu lucra lacrorum, que Ulpianus vocat *interfuturum*, sint licita? Respondet Cardinalis de Lugo disp. xxviii. sect. 9. n. 123. *ad rationem* concedere Lessius num. 85. & Salas dicto dub. 22. n. 2. Huc sunt verba P. Leonardi Lessii Lib. II. cap. xxviii. dub. 9. n. 85. *Pater, utrum id quod campforibus debetur ratione provisionum, & interesse, possit ab ipsis continenter addici sorti, ut cambium augeatur?*

Resp. Id fieri non posse, nisi moraliter certum sit se illud potuisse, aliis statim ad recambium dare, & per illud lucrari. Tunc enim ratione lucri cessantis possunt illud sorti univ. ad cambii augmentum.

VII. Aliquid anuocetimus, seu interfuturum redolere opinionem hanc, nemo non videt. Ethnici ipsi qui ultras moderatas permittebant, ultras usurarum damnarunt. Diocletianus, & Maximianus ultras usurarum exigentibus infamie maculam irrogandum esse decreverunt. Denique leges omnes vetant ne ex uluris in fortem computatis lucra percipiantur. Utique Lessius, & Salas non loquuntur de uluris, seu de lucro generatio, sed de lucro legitime debito: & hoc solum lucri cessantis titulum contendunt lucrum illud in fortem computandum esse, & ex eodem lucro lucrum novum capture, & in recambio eidem campario tradere: & ita fit in secundo recambio camparius non solvens, iterum tertium lucrum sorti contingitur, & pariter quartum lucrum, & quartum quantum, donec camparii patrimonium exhaustum fuerit universonum. Que opinio, cui subscribit etiam Lugo, mihi falsa, & laxissima apparet, que uluris, & interfuturam viam aperit latissimam.

VIII. Plura alia pacta que sub examine inducunt Lugo, Tamburinus, & alii, pratero: quia ex iis que dicta sunt, eorum vel iustitia, vel iniustitia apparet.

CAPUT VI.

De nova cambii inventione valde mirifica.

I. Prodigiolum cambii genus, quod obliquum vocant, paucis perstringo. *Sempronius* petit mutuos mille ducatos, quibus indiget a *Caio* mercatore. Valer *Caio*, proficiens se nihil vi mutui lucrari posse, *Sempronii* petitionem rejicit. *Sempronius*, necessitate pressus, insidit. *Caio*, lucri avidus, mutuum negat. Quid tum? Audi arcana duo, excogitata ad usuram tegendam. Primum, *Sempronius* dicit *Caio*: Da mihi mu-

tuos mille ducatos. Ne vero hinc damnum patiaris, accipe tu equivalentem summam sive a temetipso, sive ab alio ad cambium; eamque negotiationi applica. Quidquid vendere deberes, si a camplore accepisses pretiam summam, aliquam rem restituro mutuum acceptum, tibi solvam. Alterum, siue idem arcamum, alio modo ad praxim redactum. *Sempronius* mutuatarius dicit *Caio* mutuatario: Tu mihi trade mutuos ducatos mille; & ego parem pecunie summam negotiationi destinabo, aut ad cambium tradam in commodum, & utilitatem tuam: & quotannis tibi solvam quantum vel ex negotiatione, vel ex cambio laborabo, aut lucrari deberem, donec reddidero mutuum acceptam summam. Si *Caio* primum arcamum acceptat; illius est probare, litteras cambiales repta se misisse, vel ab alio mille ducatos ad cambium accepisse. Si secundo modo negotium agatur, & *Sempronius* mutuatarius onus accipit summam equalem ei quam a *Caio* mutuum accipit, negotiandi aut cambii, aut aliis conditionibus; tunc aut impler promissum, aut secus. Si primum; *Caio* iure percipit lucra cambii, vel mercatura parata. Si secundum; *Caio* iure exigit lucra titulo eius quod interest, seu damni quod patitur ob culpam *Sempronii* mutuatarii, qui implere promissa negligit, & datam fidem violavit.

II. Quisque praedictiorum vacuus, & bono predictus sensu, existimabit, descriptum cambii genus chimeram esse, ab otiosis scriptoribus confictam. Et tamen hoc est scribitur quod passim obtinet in primoribus modis illud peragendi securiorem redit *Caio* mutuatorem; ideo frequentius tali modo ad praxim reductor, et testatur, quis? Sapientissimus Pontifex feliciter regnans BENEDEICTUS XIV. in opere de Synodo Lib. VII. cap. xlviii. num. 8. & Cardinalis de Luca Lib. V. tit. de cambii in sum. part. 11. num. 16. illud exponit, & quod dolendum est, eisdem iustitiam tueri de cambii disp. tit. num. 5. disp. v. num. 8. disp. xxviii. num. 9. Analdus de Commercio, & mercat. disp. lxxv. num. 46. & segg. Urceolus de transact. quest. xl. num. 23. & segg. & adducit *Rota Bononiensis*, immo & *Rota Romana* decis. 829. coram *Dumozeto* lum. & *Rota Romana* coram *Molines* decis. 323. & 695.

III. In foro exteriori decisiones *Sac. Rotae* non parvi momenti habentur. Saepe tamen *Rota* contra *Rotas* certant. Sed de hoc nihil ad nos, qui causarum patronos, et Car-

Cardinalis de Luca, Analdus, alique, non agimus; sed Theologos, qui contractum istum lucundum sui naturae, & divinum deservunt. Misso itaque exteriori foro, & descripti cambii machinatione serio spectata, dico, chimeram esse portentosam. Quid? Descripti cambii ducatis mille, eoque mutuo *Sempronius* indiget ducatis mille, eoque mutuo petit: & simul totidem eodem tempore paratos habet ad mandinas mittendos, & in activa cambii ducatis mille, eoque mutuo commodum? Gradat hoc Iudex Apellatoris non ego. Si hanc summam haberet *Sempronius* paratam ad cambia, in sui commodum illam negotiari vellet. Quare sapienter BENEDEICTUS XIV. loc. cit. num. 9. inquit: Quid enim absurdum, quid incredibilis fingi potest, quam quod Titus, indigens mille aureis, quos mutuo accipit a Caio, totidem statim habeat paratos, ad mandinas transmittendos, atque in activa cambia erogandos in mutuantis *Caio* utilitatem?

IX. Sive itaque primo, sive secundo modo cambium peragatur, figmentum est, & circuto adeo perulis simul, & mendax, ut nulla egeat confutatione. Id solum advertendum, non modo puram putumque sensus esse cambium illud: sed insuper mendacis, fraudibus, & dolis plenum. Communitur tunc mutuatore, tum proxenete sciunt *Sempronium* mutuo solo egere, & ad cambia, vel mercatorem inparem erant, & fideiulores peccata peccatis accumulunt, atque usurarum, mendaciorum, & fraudum rei evadunt. Consulatur Synodus *Cingulana*, quam celebravit doctissimus Cardinalis *Laufredanus* anno 1736. cap. xiv. ubi plura eiusmodi cambia damnata invenies. Item consule pastorale editum Cardinalis *Marcelli de Aste* Episcopi Anconitani, editum post constitutiones synodales Cardinalis *Maffei*, pariter Anconae Episcopi, an 1738. pag. 105. & segg. ubi similiter plura saluberrima monita contra cambia obliqua reperies. Harum Synodorum auctoritas numerotique quorundam *Consiliarum* turbae praevalent.

CAPUT VII.

Pauca pro tuta cambiorum praesi. Consilium Ioannis Dominici PERI mercatoris magnopere perpendendum.

I. *Confessarium primum*. Quam sit periculis plena ars campforia, quique ex paucis que indicavi, colligere valet. Plures juniorum quaestiones, que mihi im-

peditissima sophismata sunt, quaeque materiam cambiorum non illustrant, sed magnopere implicent, praeverti. Tamen ex iis que perstrinxit, palam est nullas in mundo reperiri ultras, iuniorum plurimum admittis opinionibus. P. Thomas Tamburinus cum aliis Theologis loc. cit. §. 7. invenit modum quo *Cambifas* efficit viduus, mulieres, & caeteros conditionis homines, etiam mercatores non sint. Hi enim, inquit, possunt invenire mediatorum, seu socium, per quem exercere cambia valeant. Et ut *faciliss.* & sine scrupulo determinatum lucrum certo allequantur, possunt inire tres contractus, & insuper in maiorem securitatem possunt exigere *figus*. Quae omnia iam supra labefacta manent. Pius itaque, & doctus Confessarius curare debet, quod fieri potest, ut eius penitentes aut artem hanc dimittant, aut summa cautione, & aequitate illam exerceant. Spectanda est campforum indoles, probitas, lucrandi, & augendarum divitiarum cupiditas. Si enim qui hanc artem exercent, vel avaritia & aetui divitiarum ardente, vel inopia premantur; vix in praxi fieri poterit ut licite, & abique iniquissimis uluris huius arti dent operam. Siquidem tam penuria, quam nimia lucrandi cupiditas urgent ad quaecumque cambia sive ficta, sive realia. Vere scripsit P. Thomas *Mentatus*, artem hanc natura sua licitam, Reipublicae utilem, civili commercio necessariam esse. Ad totam comitantur pericula, fraudes, doli, sophismata, ut vix in praxi exerceri sine peccato soleat. Quare opus est summa vigilantia, cautione, piorum hominum, doctorumque consilio, sacramentorum frequentia, aeternae vitae ferre meditatione.

II. Proxenetae, vulgo *senfali*, maiori in periculo versantur; atque ad singularis probitas necessaria est ut illi honeste artem exercent. Cautus sit Dei minister in eorum conscientibus percutandis. Moneat eos ut fuggerendis cambii fictis, aut turpem lucrum redolentibus abstineant. Quod hi reos in hoc inveniet, a sacramentorum participatione eosdem arceat, tanquam omnium fraudum, & usurarum que perpetratur & a campforibus, & a campforibus participes.

III. CONSILIUM, seu momentum Ioannis Dominici PERI medicandandum propono. Dominicus Peri Genovensis opus typis editum, inscriptum *Il Negoziante*, quod pro instructis suis filiis, Hieronymo, & Thoma, scripserat; ut in praefatione ad lectorem ipse testatur. Unde colligitur, mercatoriam artem professum illum fuisse. Is in hoc suo opere

cap. xviii. quinque questionculas, seu casus, quos decidendos Respublica Genuefis an. 1625. porrexit Pontifici Summo URBANO VIII. narrat, in quorum primo, & secundo exponitur cambia con la vicola: & ambo in Congregatione, iussu Sanctissimi habita, improbata fuere an. 1627. Cambia vero per litteras, que reipia iuxta verus cambiorum regulas peraguntur, probata fuere. Post narratum tum casuum propositionem, tum resolutionem Sac. Congregationis (que omnia brevitate gratia pratermittit, cum nihil peculiare contineant) hac adiecit mercator Peri.

IV. Il cambio non lecito è quello che non è regolato conforme agli ordini de' sommi Pontifici, i quali devono sempre osservarsi esattamente, semplicemente, e senza volerli effacciarne con interpretazioni accomodate al proprio gusto. Que latine sic reddo. *Cambium licitum est quod celebratur iuxta regulas a summis Pontificibus prescriptas. His autem exacte, & sincere observari debent, sublati acuti interpretamentis, quibus ad proprium palatum detorquentur.* Aures arriant ingeniosi illi Theologi qui pontificias constitutiones arbitrariis distinctionibus eludere consueverunt. Hocce laici, & mercatoris hominis consilium suffundere non levi pudore quosdam Caluistas debet qui constitutiones pontificias pro ingenio, dum ad propriam saluam non sapiunt, aut omnino reiiciunt, obtrudentes eadem non esse uia receptas, quia avari homines illas passim violant; aut captiosis commentis insectant. Quid? inquirunt. Damnabis ne tot probos, ingenuosque mercatores, qui cambia qua nunc obtinent, fide bona, & conscientia tua exerceret? Respondet mercator PERI ibidem: *Nè la simplicità può cessare: perchè questa fra uomini di negozio non deve ammettersi, nè può cadere.* Intellexistim? Simplicitas, & bona fides, que adeo frequenter inculantur, non exculant: quia hæc in actus negotiatoribus nec adiant, nec admitti possunt. Tu hæc serio meditare: & ego interim ad alia tractanda pergo.

CAPUT VIII.

Quid sit census, & quotuplex.

I. Plures significationes hæc vox census prodit. Nam ff. de censibus. l. Formula loco tributi accipitur quod ciues pro bonorum rata Principibus solvant. Census quoque significat tributum quod singula capi-

ta subditorum Principi pendunt. Principes olim censabant, seu estimabant omnia subditorum bona, ut singulis congrua imponerent tributorum onera; & ideo a censu nomen census derivatum est. Recensabant quoque personarum capita, & singulis tributum imponebant: quod etiam hodie fit, & vulgo appellatur Testatico. De quo versu mentio fit Matth. xxii. *Licet censum dare Cesaris, an non? Missis aliis significationibus, census de quo in presentiarum loquimur, communiter definitur hoc pacto: Census est ius exigendi pensionem ex re alterius frugifera.* Iuniores addunt aliam particulam, *vel ex persona*, ut censum personalem in communi definitione census includant. Verum, cum census iste mihi commentitius sit, & ultra pallium; ideo a censu finitio eiusmodi particulam reieci.

II. Primo dividitur census in *reservatum*, & *congruatum*. *Reservatum* ille est quem tibi quis reservat, dum rem suam alteri tradit hoc onere adiecto, ut quotannis, qui rem accipit, solvat pensionem prescriptam. Census ille antiquus est, & eisdem mentio fit Gen. xlviii. ubi Ioseph reddens populo Egypto partem fructuum, pensionem solvendam Regi reservavit. Si tu prædium tuum tradis Caio, reservata tibi pensione aut pecunie, aut fructuum quotannis solvenda, censum *reservatum* conlitis. *Censum congruatum* tum celebras, quando, retento dominio rei tue, prædii, domus &c. alteri vendis ius percipiendæ pensionis in annos singulos.

III. *Congruatus* rursus dividitur 1. ex parte rei in qua fundatur, in *realem*, *personalem*, & *mixtum*. 2. ex parte pensionis in *pecuniarium*, & *fructuarium*. 3. ex parte temporis in *temporalem*, & *perpetuam*. 4. ex parte modi quo celebratur, in *redimibilem*, & *irredimibilem*.

IV. *Realis* est qui constituitur super fundo fructifero, puta agro, domo, vel terra aliqua secunda, quam semper immediate aspicit, & comitatur: & si alienetur fundus, transiitque ad plures dominos, transit quoque onus istius census, donec redimatur. Si res pereat aut in totum, aut in partem, perit quoque census.

V. *Personalis* constituitur immediate in persona, que obligatur ad solvendam annuam pensionem ex industria, labore, operibus, & etiam ex bonis suis, si habeat. Census iste immediate afficit, & comitatur non rem aliquam, sed personam: quare si bona pereant, & non persona, census consistit. Et quam-

vis

vis pro allocatione tradatur hypothea, non propterea transit in realem: quia hypothea non manet immediate obligata sed tantum in defectum personæ.

VI. *Mixtus* constituitur tum super re, tum super persona. Et ideo si res pereat, & non persona, hæc solvere debet; si persona perit, & non res, ex hac pensio exigitur.

VII. *Pecuniarius* pecunia, *fructuarius* fructibus solvitur.

VIII. *Temporalis* vel ad certum tempus, v.g. ad decem annos; vel ad incertum, v.g. vite (& dicitur *vitalitius*) constituitur.

IX. *Perpetuus* nullo præfixitur tempore. Ille natura sua nunquam expirat, sed persistit semper.

X. *Redimibilis* redimi potest arbitrio censuæ, aut censuarii, aut utriusque, pro diversitate conventionum quas ambo emptor, & venditor stipulantur. *Irredimibilis* redimi nunquam potest.

XI. Qui emit censum, seu ille cui solvenda pensio est, vocatur *Censualista*. Qui vendit censum, seu ille qui solvere pensionem debet, appellatur *Censuarius*: que voces inventæ sunt, & adhibentur claritatis ac brevitatæ gratia.

CAPUT IX.

Iustitiam census realis probantur Martinus V. Calixtus III. S. Pius V. Integra exhibitur S. Pii V. constitutio.

I. Censum omnem generatitium esse, nequamque ultra larvam existimantur Henricus *quodlibet*. 1. *quæst.* xxxix. & *quodlibet*. viii. *quæst.* xxv. Salicet in *authentic. ea leg. cod. de offi. Honorabilis Lib. II. observ. cap. xv.* Henricus tamen concedit, licitam esse censum antiqui, seu iam constituti emptione; sed improbat novum aliquem instituire. Similiter nemo, neque Henricus, neque alii, damnant censum reservatum. Nimis quippe evidens est, quemlibet posse rei sue, cuius dominium vel gratis, vel pacto pretio in alium transferi, partem sibi aliquam reservare. Nec est controversia de censu reali *fructuario*, quo quis emit partem fructuum alieni prædii. Qua liquidem ratione potest emere totum prædium, & ius ad omnes fructus, vel ad ultrumfructum, dominio manente penes venditorem; eadem valet partem horum fructuum emere. Totâ igitur controversia est de censu *pecuniario*, quo emitur ius ad pensionem pecuniariam quotannis solvendam.

II. Tam Theologi, quam Canonistæ una-

nimi censuum iustitiam censu realis pecuniarii defendunt: quam sententiam Ius Bullis confirmantur Martinus V. Calixtus III. Nicolaus V. & S. Pius V. certis adiectis conditionibus. Martinus V. *Extraxit. commun. de empt. & vendit. cap. Regim.* inquit. *Nos igitur ex relatione Guillelmi Presbyteri Cardinalis, cui negotium huiusmodi cum peritorum consilio commissimus examinandum, commiserimus, contra ius huiusmodi iuridicos, & iuxta determinationem Doctorum licitorum fore.* Constitutionem Martini V. confirmavit Calixtus III. sua *Extraxit. cap. Regim.* his verbis. *Nos scilicet ex commissione sel. record. Martini Papa V. prædecessoris desuper examinationem, & eisdem prædecessoris nostri declarationem attentius præpendentes, suisque vestigiis inherentes, ad omne super his ambiguitatis tollendum dubium præfatos contra ius licitos, iurisque conformes auctoritate apostolica declaramus.*

III. Reicito integræ constitutionem S. Pii V. quoniam hæc per ceteris iustitiam census declarat, & conditiones quibus celebrari debet, perspicue explicat, ac præscribit. Est autem sequens tenoris.

PIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

„ Cum opus apostolicæ servitutis obun-
tes, cogoverimus, innumeros celebratos
„ fuisse, & in dies celebrari eorum consuetudinem, qui nedom non continentur intra
„ limites a nostris antecessoribus eiusdem contra-
„ ctibus statutos, verum etiam, quod de-
„ terius est, contrariis omnino pactioibus,
„ propter ardentem avaritiæ stimulum, le-
„ gum etiam divinarum manifestum contem-
„ ptum præstentem, non potuimus anima-
„ rum (prout tenemur) saluti consulentes,
„ & piarum mentium petitionibus etiam sa-
„ tisfacientes, tam gravi morbo, lethero
„ que veneno salutaris antidoto non moderi.
„ Hac igitur nostra constitutione statutum,
„ censum, seu annuum reditum creati con-
„ stitutive nullo modo posse nisi in remmo-
„ bili, aut quæ pro immobili habeatur, de
„ sui natura fructifera, & que nominatim
„ certis finibus designata sit. Rursus, nisi
„ vere in pecunia numerata, presentibus re-
„ libus, ac notario, & in actu celebratio-
„ nis instrumentis, non autem prius recepto,
„ integro, iustoque pretio, solutionis, quas
„ vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in

pactum deduci prohibemus. Conventiones
 directe, aut indirecte obligantes ad casus
 fortuitos eum qui alias ex natura contra-
 ctus non tenetur, nullo modo valere volu-
 mus; quemadmodum nec pactum asse-
 rens, aut restringens facultatem alienan-
 di rem censui suppositam: quia volumus
 rem ipsam semper, & libere, ac sine so-
 lutione laudemii, seu quinquagesime, aut
 alterius quantitatis, vel rei, tam inter
 vivos, quam in ultima voluntate aliena-
 ri; ubi autem vendenda sit, volumus do-
 minium census aliis omnibus praeteri, eique
 denunciari conditiones quibus vendenda sit,
 etiam per mentem expectari. Pacta con-
 tinentia morosum censum debitorem teneri
 ad interesse lucri cessantis, vel ad cam-
 bium, seu certas expensas, aut certa sala-
 ria, aut ad salaria, seu expensas medio
 iuramento creditoris liquidandas, aut rem
 censui subiectam, seu aliquam eius partem
 amittere, aut aliud ius ex eodem contra-
 ctu, sive aliunde acquisitum perdere, aut
 in aliquam pecuniam cadere, ex toto irrita
 sint, & nulla. Immo & censum augeri,
 & novum creari super eadem, vel aliare,
 in favorem eiusdem, aut personae per eum
 suppositae pro censibus temporis vel praeteri-
 ti, vel futuri, omnino prohibemus: sicut
 etiam annullamus pacta continentia so-
 lutionis onerum ad eum spectare ad quem
 alias de iure, & ex natura contractus non
 spectarent. Postremo censum omnes in fu-
 turum creandos, non solum rei in totum,
 vel pro parte preceptam, aut infructuosam
 in totum, vel pro parte effectam, volumus
 ad ratam perire; sed etiam posse pro eo-
 dem pretio extingui, non obstante longi-
 simi etiam temporis, ac immemorabili,
 immo etiam & plurium annorum pre-
 scriptione, non obstantibus aliquibus pun-
 ctis directe, vel indirecte alicuius facultatem
 auferentibus, quibuscumque verbis, aut
 causalibus concepta sint. Cum vero tradi-
 tione pretii reditus extinguendus erit, vo-
 lumus per bimestre ante id denunciari,
 cui pretium dandum erit, & post denun-
 tiam, intra annum tamen, etiam ab invi-
 to pretium repeti posse; & ubi pretium
 nec volens intra bimestre solvat, nec ab
 invito intra annum exigat, volumus
 nihilominus, quandocumque reditus ex-
 tingui posse, praevia tamen semper de-
 nuntia, de qua supra, & non obstantibus
 his de quibus supra; idque observari man-
 damus, etiam quod pluries, ac pluries
 denunciatum fuisset, nec unquam effectus

secutus fuisset. Pacta etiam continentia pre-
 tium census extra casum praedictum, ab
 invito, aut ob poenam, aut ob aliam cau-
 sam remitti posse omnino prohibemus; con-
 tractusque sub alia forma post haec celebra-
 dos feneratorios indicamus. Et ita illius pro-
 pterea non obstantibus quicquid vel expressi-
 se, vel tacite contra haec nostra mandata
 dari, remitti, aut dimitti contingat, a
 fisco, volumus posse vendicari. Hanc au-
 tem salutiferam sanctionem, nedum in cen-
 su noviter creando, verum etiam in creato
 quocumque tempore alienando, modo post
 publicationem constitutionis creatus sit, per-
 petuo, & in omnibus servari volumus, de-
 clarantes pretium semel censui constitutum
 nunquam posse ob temporum, aut contra-
 hentium qualitates, seu aliud accidens,
 neque quoad ultimos contrahentes minu-
 i, vel augeri. Et licet legem ipsam ad con-
 tractus iam celebratos non extendamus;
 illos tamen omnes in quos sub alia forma
 pervenerant census, hortamur in Domino,
 singulos contractus censura bonorum Reli-
 giosorum subiciant, & animarum saluti
 consulant: non obstantibus &c. Dat. Romae
 anno 1568. 14. Kal. Feb.

IV. Condiciones quae in hac Bulla continen-
 tur, infra explicabo, & a iuniorum vanis
 commentis asseram. Nunc paucis per-
 stringenda est ratio quae census realis abso-
 lute spectati iustitiam evincit. Communis
 autem ratio haecmodi est.

V. In censu contractu ea omnia adsunt
 quae ad iustitiam emptionis, & venditionis
 requiruntur: nempe mutuum contrahentium
 consensus, merx, & iustus pretium. Iustus
 ergo contractus est. De mutuo consensus pa-
 teret. Merx est ius ad pensionem recipiendam,
 seu ad fructuum fundi partem exigendam.
 Quod ius distinguitur, inquit, ab ipsa pecu-
 nia, seu fructibus praedii, vel fundi. Iustitia
 autem pretii ex eo colligitur quod, licet
 pensiones, solvenda successive, omnes simul
 sumptae superent pretium quod emptor solvit,
 hoc tamen non impedit quod minus pretium
 iustum sit; quemadmodum fructus praedii,
 agri, domus, omnes simul sumpti spatii
 centum annorum superant pretium ab emptore
 solutum; nec propterea pretium iniustum
 dicitur: quia illi fructus, seu pensiones, suc-
 cessive colligenda, iuxta communem prae-
 dentium intelligentiam minoris valent quam
 simul sumptae. Ergo eadem ratione iustum
 est pretium census, licet pensiones collecti-
 ve acceptae excedant pretium quo census e-
 mitur.

VI. Obiciant i. censuum oppugnatores.
 Censui est purum mutuumque mutuum. Ego
 trado tibi 100. ut singulis annis reddas mihi
 quinque. Vigiinti annis elapsis, integram re-
 cepti sortem traditam. Postea vero recipiam
 quatuorannis. Quid autem hoc est nisi
 mutuum perpetuum? Hoc autem eventum
 censui redimibili pecuniarium. Trado tibi 100.
 ut singulis annis reddas quinque, aut sex,
 aut septem, donec reddideris sortem, lucro
 minime in sortem computato.

VII. Ex diversitate responsonum quae ab
 Auctoribus exhibentur, patet argumentatio-
 nem factam haud esse levioris momenti. Re-
 spondent aliqui, in censu irredimibili duos
 celebrari contractus. Primus est, quo ego ti-
 bi vendo fundum, subiciendum censui. Se-
 cundo, adicio pactum, quo tu debeas empta-
 mento fundum mihi in emphyteusim tradere,
 reservata tibi annua pensione. Idem fit in
 censu redimibili. Hac responso communiter
 rejicitur: tum quod venditor census animum
 minime habeat alienandi fundi sui dominium;
 tum quod condiciones necessariae ad emphy-
 teusim non servantur. Ideo alii respondent,
 in censu non emi praedium, sed praedii fru-
 ctus, qui postea in pecuniam commutantur.
 Neque responso haec vim elevat argumen-
 tum: quoniam fructus 40. aut 50. annorum
 superant valorem pretii quod solvitur pro
 censu.

VIII. Communis responso est, non emi
 praedium, neque fructus praedii; sed ius ad
 pensiones annuas recipiendas. Sed neque re-
 responso haec a difficultate immunis est, quo-
 niam arbitraria videtur distinctio inter ius
 ad pensiones, & ipsas pensiones. Quando-
 quidem qui emit fundum aliquem sibi tra-
 dendum post mentem, emit ius ad fundum.
 Nec aliter hoc ius acquiritur nisi emendo
 fundum. Pari ratione qui emit ius ad pen-
 siones, emit ipsas pensiones. Nec alia via
 acquirere ius ad pensiones potest, nisi pen-
 siones emendo; sicut aliter acquiri ius ad
 fundum repetendum non potest, nisi fundum
 ipsum emendo. Igitur si emi nequit pensio
 quae superet pretium quo emitur, quin iura
 perpetretur; pariter nequit emi ius ad pen-
 siones excedentes solutionis pretium, sine u-
 sura. Alioquin quilibet mutator dicere pos-
 set, se nocte quicquam ex mutuo, sed velle
 100. decatis quos tradit, emere ius ad quin-
 que annos decatos recipiendos, usque dum
 reddatur fors.

IX. Facilius alii respondent, censualem
 non emere pensiones, neque ius ad pensio-
 nem; sed partem iustitiae talis fundi sub-

iedii censui; ita ut dominium directum fun-
 di totum maneat apud venditorem, seu cen-
 suarium; dominium vero utile, seu ius vici-
 fructus ex parte venditori. Quod ius, seu do-
 minium utile partiale impioris valore quam to-
 tus fundus. Acquisito ab emptore dominio
 utili, seu iure in usufructum fundi, alio
 contractu, implicite contento in censui insti-
 tutione, convenit inter partes contrahentes
 ut pro spe tradendum quos emptor ex illo do-
 minio utili sperare valet, obliget le venditor
 ad annum pecuniarium pensionem solvenda-
 m. Hanc locutionem tradit Cardinalis de
 Lugo *disp. xxvii. sect. 2. §. 2. num. 22.* Sed
 neque haec responso adeo perniciosa apparet,
 quemadmodum Lugo sibi persuadet.

X. Ut clara praeberet responso, vis argu-
 mento spectanda. Haec autem tota argumen-
 tatio recidit, quod pretium sit iniustum,
 cum pensiones solvenda illud superent. Ergo
 ad licita dicenda usura, quae accessionem
 reddit supra sortem; aut illiciti tunc cen-
 sus in quibus pensiones superant pretii sol-
 utionem, quam praebet emptor. Haec est tota
 vis argumenti: quod retorqueri nolo illius
 auctores, qui licitam concedunt censuum
 antiquorum emptionem, & licitos census *fructuosos*: quia retorsio argumenti difficultate-
 tem non dirimit. Revoandum in memoriam
 principium quo iniustitia usurae evincitur, &
 continuo sophistica cavillatio deprehenditur.
 Improbatur accessio supra sortem in mutuo,
 quia pecunia, seu res usae consumptibilis,
 sterilis natura sua est, fructuumque partem
 hauriens indurata. Contra fundi censuram na-
 tura sua frugiferi sunt; & ideo in ipsis usufructus
 a dominio distinguitur. Si haec duo dis-
 tincta sunt, ergo vendi unum sine altero
 potest. Porro re ipsa in censu venditur ius in
 fundi, qui subicitur censui, fructus perci-
 piendos. Ius illud pretio altimabile est. Ergo
 vendi potest. Censui ergo iustus est:
 quia in vera & reali emptione, & venditio-
 ne sita illius natura est. Nimium futile est
 quod obtruditur, nempe pensiones superare
 pretium. Nam in quolibet emptione, &
 locatione pensiones longi temporis superant
 pretium collective sumptae; nec propterea
 pretium iniustum dicitur. Quoniam pretii
 aequitas sumitur per comparationem ad valo-
 rem mercis tempore traditionis spectata. Fun-
 dus autem iuxta communem omnium gentium
 consensum non estimatur secundum ordinem
 ad fructus, quos in perpetuum parere pot-
 est, cum hoc vix cadat sub humano iudicio;
 sed secundum quod hic & nunc iuxta com-
 munem, probatamque consuetudinem valet.

Iustitia itaque census defenditur, quia fundata in vero contractu venditionis, & emptionis fundi frugiferi. Et sicut licita est venditio cum pacto retrovenditionis, ut constat lex Levit. xxv. *Cuncta regio possessionis vestre sub redemptionis conditione vendetur: ita licitus est census redimibilis, non computatus pensionibus in fortis pretium; quemadmodum nec in venditione fundi id peragitur. Si plura cupis de discrimine inter censum & mutuatitiam pecuniam, legis notrum comment. in Epist. Encyclicam BENEDICTI XIV. adver. usur. diss. 111. cap. IV. §. 5.*

XI. Obiiciunt 2. Ex censibus eadem que ex usura proficiuntur absurda. Nam emptores, seu censuiste alieno labore saginantur, alieno furore ditescunt, otio distrahunt, & opipare vivunt sine molestia. Denique gratuita caritatis officia evanescunt, dum divites mutuum redolentes, census occupantur; pauperes vero possessiones suas gravare censibus astringuntur, quia divites, qui mutuum tradere velint, non reperiunt. Resp. Divina providentia disposuit ut res mundana, caduca, & in perpetuo transiit, ac veluti fluxu sint. Noluit ut divites semper divites, neque pauperes semper pauperes forent. Ideo honorum per venditionem, & emptionem transitum de uno in alium probavit. Videndum ergo, num divites initio contractu pauperum fundos acquirant; & tum absurda que heinc consequuntur, improbanda. Contractus feneratorius iniustus est: ideo mala que inde manant, in caput feneratoris recidere debent. Censu iusti sunt, ut probavi: ideo immunes sunt ab absurdis, si que inde oriuntur.

CAPUT X.

De censu personali.

I. Aliud celebre, & familiare usure pallium, contractus trinum quam maxime affine, immo eidem sere insitum, discutendum hic incipio. Quae penes omnes certa sunt, desinenda. Discutendus primo est census a tributo, quod per capite omnia pendebatur Principibus. Nullas de hoc census nec de censu quo obligatur persona, pensione non soluta, in servitutum se tradere, cum id sit vel ipsi civilibus legibus vetitum.

II. Secundo competum omnibus est, censum personale licitum esse, quando pensiones reddende non excedunt pretium quod

pro eidem solvitur: quia tunc perinde esset ac si traderes tot. aureos mutuos, reddendos decennio, nempe decem quatuordecim. In hoc enim contractu nulla usura specietur. Similiter licitus est census in tempus incertum, quando ex utraque parte aequale sit dubium, & periculum, in annulis pensionum maior, vel minor futurus sit quam pretium quod pro pensionibus solvitur: etiam enim tunc aler contractus, in quo spes lacris, & periculum damni aequalia forent.

III. Demum extra controversiam est, quod si occurrant iusti tituli, puta eius quod interest, licitam esse emptionem census minoris pretio quam valeat totus cumulus pensionum solvendarum; sicuti tunc licita est accessio supra sortem mutuo traditam.

IV. Quæstio ergo, in præsentem disputanda, est, utrum licitus sit census personalis, præteritum utrimque redimibilis, quando pretium non æquat cumulum pensionum solvendarum, sublato quocumque alio iusto titulo iurici cessantis, damni emergentis, periculo, aliave ratione.

§. I.

Testimonia Theologorum qui scripserunt ante constitutionem S. Pii V. de censu personali utrimque redimibili. P. Leonardus Lessius aliquum ponderatione interpretatum.

I. Martinus Navarrus comment. de usur. num. 80. testatur fere omnes Theologos, & Canonistas damnare census personale.

II. Gabriel Biel in IV. dist. xv. quæst. xii. primus est qui a P. Leonardo Lessio laudatur tamquam propugnator census personalis utrimque redimibilis. Biel vero non defendit, sed tantum proponit hunc contractum peritorum iudicio. En illius verba. *Verum hoc dico RECITATIVE, & probabiliter, sciens quosdam Doctores notabiles hoc scripsisse; offero tamen ex animi peritorem.*

III. P. Leonardus Lessius sibi hæc verba Gabrielis Biel opponit Lib. II. cap. xxii. dub. 10. num. 56. & hac illa interpretatione excipit. *Nec obstat quod Gabriel in resp. ad 3. argumentum contra 4. conclus. addat, Verum hoc dico recitative &c. Sic enim loquitur SOLEMUS ad declinandam irridendam, quando aliquid NOVI, & receptæ opinioni adversum, ex nostra sententia profertur. Intellexim? Solemus sic loqui, quando in morum controversiis, & quidem gravissimis, novas procedimus opiniones, receptæ*

pro

ptæ doctrinæ adversas. Et quos Theologos complectitur P. Lessius hoc verbo, in pluribus numero usurpato, SOLEMUS? Clamant Antiprobabiliter omnes: NOS NON SOLEMUS; sed vos tantum soletis novas opiniones excogitare, receptæ opinioni adversas. Nos autem inquirimus: aut verum est quod dicitis, aut fallum. Si verum, timenda ne IESU Christi discipulis invidiam? Inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis, inquiebat Paulus, ad Galat. iv. Si fallum promittis, prius auribus, & demulcens captivitatem, dechinare plebis invidiam, & populi favorem caprare potestis: at Dei iudicium effugere non valetis. Simili lenocinio usus est P. Giballinus, ut mirum contractum, inter timorem & pavorem a minoribus conceptum, propagaret, ut vidimus. Vitio ne, piculoque vertetur nobis, si in eiusmodi effata, unde falsæ opinandi modus sobolecit, calamum acimus?

IV. Conradus Sanhemart citatur secundo loco a P. Lessio. Sed hic quoque Auctor locis ipsis citatis, nempe quæst. lxxxiv. concl. 4. & 5. non semel, sed pluries testatur le tantum de rigore scholastico, & scholasticè disputando, censum personale disculisse. Deinde concludit. *Hæc autem hic tantum scholasticè disputasse voluit, ut datur occasio lecturæ ad cogitandum super hoc diligentius. Opus tamen erit ut in talibus contractibus nihil novi admittatur, quo maligni possint uti in fraudem, & pallium usurarum usurarum: quomodum supra dixi, quod etiam si serventur æqualitas commutativa, non admittentur illam contractum, ubi facultas repetendi pretium remanet apud emptorem. Unde opus est aliquos contractus, licet in se æquos, reprobari propter abusum eorum, & latibulum larvæ de medio tollendum. Sexta conclusio. Generaliter loquendo sex modis depravatur emptio redditus redimibilis secundum sex circumstantias ad eius bonitatem requisitas. Brevitatis causa prætere omnes istas circumstantias, quibus depravari hunc contractum docet Conradus. Sed paucis moneo lectorem, Theologum hunc tantum abesse a censu utrimque redimibili probando, ut immo aperte illum dissoldeat, tamquam usurarum manifestum pallium.*

V. Tertio loco citatur Ioannes Maior, Doctor universitatis Parisiensis, qui laudibus extollitur ab Elia Dupin Tom. XIV. Biblioth. non alia ratione, nisi quod eidem similis sit, audax nempe in rebus innovandis. Ille ipse le primum trini contractus parentem prodit; ut iam monui in opere de usur. contract. trin. Conc. Thel. Tom. VII.

diff. 11. §. 4. Similiter primus fere est qui aperte censum personale propagavit. Illius auctoritas nullius plane ponderis est: quia in materia præteritum feneratoria ad laxiora declinat; & contra communem Theologorum filii temporis doctrinam suas opinuuncias evulgare non dubitavit; ut ille ipse ait in IV. dist. xv. quæst. xlix. *Dicam cum benigna suppositione opinionem meam particularem.* Opiniones autem istæ particulares in conscientiarum regimine cum suis Auctoribus resistentiende sunt.

XI. Dominicus Soto pro censu personali utrimque redimibili citari a pluribus solet Lib. VI. de iust. quæst. v. ubi art. 1. defendit censum personale absolute, censum vero personale redimibilem ex parte emptoris, tamquam usurarium, aperteque detestatur; ut fatetur vel ipse P. Lessius, qui Dominicum Soto tamquam sibi adverserantem citat.

§. II.

Auctores præcipui qui post S. Pii V. constitutionem censum personale utrimque redimibilem propugnant.

P. Valentia a P. Lessio citatur inter primos qui post Pianam constitutionem defendunt censum personale utrimque redimibilem. Is 2. disp. v. qu. xxiv. punct. 2. & quæst. xxv. punct. 2. inquit: *Bibbi estiam placet, sicut etiam me præsertim placuit Romæ an. 1581. multis doctissimis Theologis re tota diluculo excussis. Quam attestationem referet etiam P. Lessius. Sed attestatio- nem P. Valentia nullius prioris momenti est. Si quidem Gregorius XIII. hoc eodem anno, non demonstravi documento pontificio, adducto in opere de usur. contr. trin. dist. 1. cap. vi. improbatum contractum trinum, tum censum personale. Porro Pontifex summus in litteris ad Guillelmum Duces Bavarie testatur, se conclusisse doctissimos viros. Diligentissime consideravimus, doctissimosque viros adhibuimus. Doctissimi Theologi quos in consilium advocavit Pontifex, contractum hunc ut feneratorium reprobarunt. Theologi doctissimi, allegati a P. Valentia, dubio procul non fuerunt a Pontifice in consilium adhibiti. Quibus ergo standum? Probabilissimus doctissimus, citatis a P. Valentia pariter Probabilissimus, ad doctissimos Theologos, consultis a Pontifice, indicentiaque rerum arbitri. Subdit P. Lessius, hanc opinionem a P. Valentia probabilem esse indicatam, esse ob periculum usurarium non esse suadendam. Cur ergo*

Y